

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Prorector Academiae Fridericianae Ioach. Ivstvs Breithavpt,
Th. D.P.P. Semin. Th. & sacrorum Hillers. Dir. Præp. & Præl.
C.B.V. Magdeb. Consist. & ...**

Breithaupt, Joachim Just

Halae Magdeb., [1708?]

VD18 13419137

Abschnitt

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-196183



Iquid eorum, qui in studiis versantur, animis inculcari debet: id certe in monitis est primis atque perpetuis, ut, qui tractandam sumunt sapientiam, se ipsos nihil esse, nihil posse sine Numine diuino, quin & sibi relictos omnia pervertere ac corrumpere, semper secum recogitantes, in omnibus rebus suis, quas curque susceperint, precari a Deo discant ipsius Spiritus S. gratiam, lucem, disciplinam, robur atque auxilium. Non enim desunt his occasiones, imo frequentes nimis sunt, quæ virium propriarum fiduciam atque conatum magis magisque incitare ac nutrire solent. Neque verò animus est dicere tantum modo de his, quæ ad intellectum dirigendum referuntur: sed in vniuersum curam haberi volumus de restauratione boni Spiritus per Christum intra animam; quæ sane, ut sit Dei habitaculum, facta proprie inspirataque primum, deinceps redempta fuit. Ita quidem, si de certa inde reddenda conscientia solliciti prius fuerimus, reliqua singula bene demum se habebunt.

Quando igitur hoc ipso tempore, quo ad Festum Spiritus S. digne celebrandum præfatio requiritur, noue adhuc numerum discipulorum haud exiguum accessisse ad almam Fridericianam cernimus: rectius officio nostro, quod non de multis sed de bonis ciuibus gaudere debet, satisfacere nos in eo posse vix videbimur, quam si ad prima fundamenta fidei Christianæ, ex quibus omnes atque singuli rogare Spiritum S. iubentur, animos reuocauerimus. Malumus tamen rem denuo proponere verbis S. *Macarii* Aegyptii, memoria frequentiore dignissimi viri, ipsissimis, iisque ex *ὁμιλ.* XX. quia plane ad captum breuiterque ac Evangelio digne ostendit tum, quam sit miserum

care-

carere Spiritu Dei; tum, quam sit aperta via precibus ad recipiendum Spiritum *ἁγίου*.

I. Si quis, inquit, nudus est ab indumento divino illo ac celesti, quod est illa Spiritus potentia, secundum quod dictum est: si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius Rom. 8, 9. ploret is, adiungit statim, atque obsecret Dominum, ut recipiat istud e celo indumentum, quo induat animam, a diuina efficacia denudatam. Jac. 4, 9. 10. 2. 5. 1. 2. Joh. 4, 10. Ef. 6, 10. 11. Zach. 7, 2. 12. Hagg. 2, 6. quia qui non indutus est indumento illo Spiritus, circumiectus est multo pudore affectuum infamium. Judæy. 19. Jac. 4, 1-5. 1. Sam. 16, 14. Judic. 16, 17. 19. 20. Rom. 6, 16. 1, 26. Gen. 6, 3. Luc. 11, 13. 14. 24. Col. 3, 5. coll. Eph. 5, 18. 1. Thefl. 4, 3-5-8. Ez. 16, 23. Quemadmodum enim inter visibiles (creaturas) si quis nudus sit, in multo pudore ac ignominia est, & amici amicos auersantur nudos, & germani suos, & liberi viso Patre nudato auerterunt facies suas, ne intuerentur nudum corpus Patris, & retrorsum progressi operuerunt eum, & sic auerterunt facies (Gen. 9, 23.) Et sic etiam Deus auersatur animas, non indutas illo Spiritus indumento in plerophoria, eos (inquam) qui non induunt D. I. C. in virtute & veritate. Ebr. 3, 7. 10. gr. 17. Ef. 6, 10. 11. 59, 14. 20. 21. Gen. 6, 3. Sap. 1, 4-7. Neh. 9, 20. 26. Zach. 7, 12. Ez. 39, 29. Eph. 4, 18-23. 24. 30. Matth. 16, 23.

II. Ipse primus homo, conspiciens se nudum esse, erubuit. Gen. 3, 7. Tanta ignominia nuditatem comitatur. Si ergo in corporalibus tantum dedecus exhibet nuditas: quanto magis animam, nudata diuina virtute, que non gestat, aut amicta est ineffabili & incorruptibili & Spirituali indumento. ipso D. I. C. in veritate, circumdata est maiore & pudore & infamia affectuum! Et quisquis nudus est a diuina illa gloria (Rom. 3, 23. 2. Cor. 3, 7-18.) ita debet semetipsum pudescere, & agnoscere suam ipsius infamiam, sicut Adam erubuit, corpore nudus cum esset; quamuis fecisset sibi ipsi ex foliis ficus amiculum, nibilominus gestabat tamen opprobrium, paupertatem & nuditatem suam cognoscens. Gen. 3, 7-10. Rom. 7, 24. 2. Cor. 5, 3. 5. 17. Apoc. 3, 4. 5. 13. 17. 18. 22. 16, 13. 15. Matth. 22, 12. Eph. 2, 12-22. 4, 18-23. 24. Jac. 2, 20. gr. 26. Roget igitur eiusmodi anima ab EO, qui dat (Jac. 1, 5.) & circumdat claritatem Christi in luce ineffabili. 2. Cor. 3, 17. 18. 4. 4. 6. 13. Act. 5, 31. 32. 1. Petr. 1, 21. 22. nec consuta sibi met ipsi veste vanarum ratiocinationum, opinione proprie iustitie seducta existimet habere se pallium salutis.

X 2

III.

III. Siquis enim in sua ipsius solum sedit iustitia atque redemptura, vane ac inaniter laborat. Pf. 49, 9. 1. Joh. 5, 5. 6. Omnis enim opinio iustitia eius, velut pannus menstruata. Ef. 64, 6. 7. 16, 13. 59, 4. 6. 20. 21. Ebr. 4, 12. 13. Jac. 2, 17. 20. 26. Luc. 1, 53. Jer. 11, 15. Hof. 8, 11-14. Rom. 2, 27-29. Col. 2, 11-16-21. Rogemus igitur atque imploremus Deum, ut induamur veste ipsius salutaris, D. N. I. C. lucis ineffabili. Quem (Jesum) quæ gestarunt anima, non exuentur in seculum. 1. Cor. 15, 49. 45. Rom. 8, 29. 2. Cor. 4, 7-10-13, 5, 1-5. Gal. 6, 8. 14. 16. 17. 18. 1. Petr. 4, 14. sed in resurrectione etiam corpora eorum glorificabuntur sub gloria lucis, qua sunt circumdate iam inde fideles ac (vere) generose anima. ut ait Apostolus: qui excitavit Christum ex mortuis, vivificabit & mortalia corpora nostra, per inhabitantem ipsius Spiritum in nobis. Rom. 8, 11. 29. 1. Theff. 4, 14. 8. Gloria (sit) ineffabili eius εὐσπλαγχνία atque irrenarrabili misericordie!

IV. Et iterum; quemadmodum mulier illa, fluxu sanguinis laborans, cum crederet in veritate, & contingeret simbriam vestimenti Domini, sanationis compos e vestigio facta fuit, atque exsiccatus est fluxus iimpuri fontis sanguinis. Marc. 5, 29. 30. Luc. 5, 17. 6, 19. 8, 46. sic omnis anima, habens incurabile vulnus peccati, fontem impurarum atque pravarum cogitationum, si accesserit ad Christum, & imploraverit credens in veritate, sanationis salutaris fit compos ab incurabili fonte τῶν παθῶν Gal. 5, 5. 16. 17. 18. 22. 24. 25. 1. Petr. 4, 1-6. 14. 19. 1, 22. sqq. 2. Petr. 1, 3. 4. 1. Joh. 5, 1-4-8-18-21. atque fons ille, deficiens (iam) q. i. immundas cogitationes (paulo ante) manabat, exsiccatur per virtutem Iesu solius: vlli vero alii curare vulnus hoc impossibile. Ita enim arte studioque egit inimicus illo in illa Ada transgressione, ut vulneraret ac tenebris obrueret interiorem hominam mentem gubernatricem (cuius loco LXX. πνεῦμα ἡγεμονικόν Pf. 51, 12.) qua induebatur Deum. respexerunt ergo postmodum oculi eius ad mala & τὰ παθή, ab alienati a bonis caelestibus. Judæ v, 16-19. sq. Eph. 4, 18-20-30.

V. Ita igitur vulneratus est (ipse homo interior) ut nemini possibile sit sanare, nisi soli Domino, huic soli possibile est. Ipse enim venit, & suffulit peccatum mundi. Joh. 1, 29. hoc est, impurum fontem τῶν διαλογισμῶν τῆς ψυχῆς exsiccavit. Quemadmodum enim illa, que sanguinis profluvio laborabat; cum omnia sua in medicos impendisset, a nullo tamen eorum curata est. Marc. 5, 26. 8. Luc. 8, 2.

29. 43. Hiob. 13, 4. 12, 10. 33, 4. 12. donec appropinquauit Domino, credens in veritate, sicque attingens fimbriam vestimenti eius; & sic mox sensit sanationem, ac stetit profluum sanguinis: sic quoque animam, sauciata ab initio vulnere incurabili passionum malitie, nullus nec in sanctorum nec Patrum nec Prophetarum nec Patriarcharum valuit curare. Pl. 32, 6. El. 63, 9. II. 16. (LXX.) 1, 6. 4, 4. Act. 4, 8-12. 3, 12-19. sq. Matth. 3, 11. Luc. 3, 15, 16.

VI. Moses venit, sed non potuit sanationem omnino dare. Ioh. 1, 17. 33. 6, 32. 33. 53. 63. Sacerdotes, munera, decimationes, sabbatismi, neomenie, baptismata, hostie, holocausta, & uniuersa reliqua iustitia peragebatur in lege; nec tamen sanari aut mundari ab impuro fluxu τὸν κακὸν λογισμῶν valuit, donec venit Saluator, verus ille Medicus, qui gratis sanat. Ebr. 9, 1-8. 9. sq. 10, 1-7-9-16. 8, 5-10. Phil. 3, 3. 2. Cor. 3, 3. 6. 17. 18. Gal. 3, 2-5. 14. 4, 6. 9. 10. 19. 29. 5, 5. 16-25. 6, 15. sq. 1. Cor. 15, 56. Rom. 7, 5. 6. sq. coll. 8, 2-15-26. 2, 28. 29. Matth. 9, 16. Jer. 46, 11. qui semet ipsum pro genere humano lyron dedit. Ipse solus magnam eam ac saluatricem λύτρωσιν sanationemque animae fecit. Luc. 1, 67. 68-77-79. Ipse liberauit eam e seruitute, & eduxit eam ex caligine, suo ipsius lumina eandem glorificans. El. 61, 1. Luc. 4, 18. 21. 23. 36. Ioh. 14, 21. gr. 20, 22. 23. 1. Cor. 6, 11. 1. Petr. 1, 18-23. Eph. 2, 14-22. Ipse exsiccauit in ea fontem immundarum cogitationum. Ecce enim, inquit, agnus Dei, tolens peccatum mundi. Ioh. 1, 29-33-36.

VII. Non enim poterant propria pharmaca, qua de terra sunt (Ioh. 3, 31. 34. 5. 1. Cor. 15, 45. sq. Ebr. 8, 4. 10. El. 41, 24. Apoc. 9, 21. gr. 20, 22, 14. 15. gr. 17. 21. Sap. 15, 11. 16, 12. 13. 14. 26. Pl. 107, 20. hoc est, non poterant ipsius solummodo iustificationes curare & sanare ipsam (animam) a tanta inuisibili plaga, sed per caelestem & diuinam Φύσιν 2. Petr. 1, 4. donum sancti illius Spiritus Act. 2, 37-38. 40. Luc. 11, 13. 5, 31-36. 21. sq. Ioh. 4, 10. 14. 22. sq. Rom. 5, 15. 14. 17. 7. sq. 2. Tim. 1, 13. gr. 14. 7. Pl. 51, 10. 11. 12. El. 57, 15-18. 59, 20. 21. Ez. 11, 19. 36, 25. 26. 47, 1-9. 11. 12. Apoc. 22, 1. 2. 17. Ioh. 7, 37. 38. 39. 1. Cor. 6, 11. 17. 19. Per hoc pharmacum solum potuit sanationis homo compos fieri & vitam assequi; purificatus corde sub Spiritu S. Act. 15, 8-9. 16. Iac. 4, 8-5. Matth. 3, 11. El. 4, 4. 11, 2. 6, 6. 7. Ebr. 12, 9. 13. 29. Ceterum, quemadmodum ibi mulier, quamuis cu-

vari non poterat, & sauciata adeo erat; attamen pedes habebat, quibus veniret ad Dominum, veniensque salutem consequeretur: itidem & cæcus ille, quamvis incedere non poterat, & venire ad Dominum, eo quod visu destitueretur; vocem tamen emisit, angelis celeriore (Dan. 9, 21. Sap. 7, 22. 23. Rom. 8, 26. Zach. 12, 10.) Aiebat enim: Fili David, miserere mei. & ita credens, sanitatem consecutus est, veniente ad illum Domino, eique visum restituente Marc. 10, 49. sq. Sic quoque anima, quamvis sauciata sit vulneribus affectuum infamium, quamvis occæcata sit sub caligine peccati, attamen habet voluntatem (Apoc. 22, 2. 14. 17. Sap. 12, 1. Ioh. 6, 37. 45. 63. 68.) clamandi, & invocandi Iesum, ut Ipse veniens solutionem æternam faciat animæ, Ebr. 7, 25. 9, 12. 14. 8. 9.

VIII. Quemadmodum enim cæcus ille, nisi clamasset: & quæ profluvio laborabat sanguinis, nisi accessisset ad Dominum, sanationis participes fieri non potuissent: ita nisi propria (sua quisque) voluntate (ἐκ τῆς ἰδίας θελήματι & Luc. 6, 44. 45. XI, 35. 16, 12. Rom. 14, 5. 7. 2. Petr. 3, 17. 1. Cor. 3, 8. 7, 37. Matth. 25, 15. 29. Act. 13, 36. Phil. 2, 12. Iudæ v. 20. 21. LXX. Prov. 9, 12. 14, 32. καὶ ὅλης προαιρέσεως Act. XI, 23. 2. Tim. 3, 10. Act. 17, 11. 8, 37. Sap. 8, 21. Ioh. 6, 27. 29. Sir. 51, 33. 38. 2. Cor. 8, 3. II. 12, 17. 19. 9, 2. 7.) veniat ad Dominum, & cum plerophoria fidei imploret, nullo modo sanationis sit particeps. Cur enim illi, simul ac crederent, sanabantur, nos autem nondum revera visum recepimus ex veritate, nec sanati sumus ex occultis passionibus? cum tamen Dominus maiorem curam gerat de immortalis anima (Sap. 12, 1. 11, 27-31.) quam de corpore. Quæ si perspexerit, secundum eum qui dicit: reuela oculos meos (Ps. 119, 18.) non amplius in seculum occoscabitur, & sanata non amplius cadetur 2. Petr. 1, 10. 11. Si enim corruptibilium corporum curam suscepit Dominus, in mundum cum venisset; quanto magis anime immortalis & secundum imaginem suam condita? Act. 10, 38. sq. 1. Ioh. 4, 10-13-16. Nam ob ἀπιστίαν nostram & διχνοσύνην nostram, quia non diligimus ipsum ex toto corde, neque ex veritate ipsi credimus, nondum spiritualem sanitatem ac salutem consecuti sumus, Ef. 63, 10. 11. 7, 9. Iac. 4, 2. 5, 17. Ebr. 3, 7. 12. 19. 4, 2. 6. 11. Luc. 17, 5. 6. Marc. 8, 12. Credamus ergo ei, & accedamus in veritate, ut cito veram sanationem in nobis faciat. Prosumit enim dare petentibus ipsum Spiritum S. ac pulsantibus aperire, &

Et quærentibus inueniri. Luc. XI, 1. 9. 13. 2. Tim. I, 7. Atque qui promissit, is est qui non mentitur, Tit. 1, 2. Ipsi gloria & potentia in secula! Amen!

En ipsa verba S. Macarii! nisi quod adscripsimus plura scripturæ loca, ea præcipue, quæ tempori conueniant; non cum mulandi causâ, sed vt signum daremus lectoribus nostris: cuncta ea digna vtique esse, quæ attentius conferant & cum sacris literis, & cum Statu animæ suæ atque conscientiæ. Relegimus *ὁμιλίαν* quæ breuissime exhiberet tum necessitatem summam animæ, tum præsentissimum remedium, hoc est, prima principia gratiæ. Quibus non contemptis, sperare possumus incrementa donorum Spiritus S. quæ proponuntur grauius in homiliis ceteris. Ad præfens quidem institutum annumerare nobis liceat homilias XI. XVII. XVIII. XXVII. XXIX. XXX. XXXIII. vbi his, quæ diximus, superstructa specialiora maioraque reperias.

Certe tum demum consultum fuerit Academicis, quando spiritum suum Spiritui supremo vere subiicient, huncque in Magistrum recipient cordis purgandi, instruendique etiam intellectus. Vocari scholæ solent *officina Spiritus S.* Frequens est illud *Veni sancte Spiritus* in actibus quoque Academicis. *In nomine Dei Patris, Filii, atque Spiritus S.* facta est incipiendi ratio & desinendi in rebus fere omnibus: vt adeo nihil heic desiderari posse videatur. Ac ita quidem esset, si quæstio foret de bonis verbis & nudis cæremoniis, in honorem scilicet Spiritus S. Neque profus negamus, esse in scholis, inter docentes atque discipulos, qui sub cruce D. N. I. C. eo deueniunt, vt discant credere nuditatem suam, sicque recipere sese ad auxilium diuini Spiritus, Deoque verum honorem deferre. At enim vero in propatulo est plurimos vbique fere, eosque qui ab ingenio industriaque laudantur maxime, absque debita cognitione sui, sacris studiorum, quæ vocant, operari, in eaque irrumperere audere illotis manibus, confisos sibi, confisos proprio suo spiritu. Multis in sunt ridiculo contentiisque, tacite saltem, qui multum admonent de precibus necessariis. *Non posse ex Scriptura probari, ad bonum opus necessario requiri Spiritum S. & eius gratiam, quorundam olim Scholasticorum, seu Academicorum Papalium, dogma*

ma

ma fuit; id quod merito portentum dicitur in articulis Smal-
 caldicensibus p. 318. Recte quoque reprehenduntur Sociniani, unusque
 & alter ex Remonstrantibus, qui ex patrocinio rationis, intel-
 ligendi virium, liberique arbitrii, prolapsi reperiuntur in negatio-
 nes varias. Quod si tamen attendimus, quæ vulgo praxis sit in-
 ter ipsos nostrates, domi quoque passim habemus, quod deplora-
 remus & caueamus. Imo ex praxi & ex odio in alios, pro-
 gressi sunt Neoterici Sophistæ quidam ad aliquas assertiones, quæ
 in *ἠνευματομαχίαν* tandem abeunt. Missas has facientes adhor-
 tamur nos inuicem sedulo, ne extra ductum digitumque Spiritus
 S. qui nobis sane necessarius est ad salutem veramque bene-
 dictionem, quicquam audeamus, sed sub eo solo ad verbi præ-
 scriptum bonæ quævis a Deo Patre per Christum queramus at-
 que expectemus. *Conuertimini, inquit Sapiencia coelestis, ad disci-
 plinam meam, et depromam Vobis Spiritum meum.* Prov. 1, 4. 23.
*Nisi enim Dominus IPSE Doctoris & Præceptoris officio fungatur: nihil
 eorum, quæ ipsi gratia, nobis autem & aliis salutaria sunt, discemus.*
 Hoc certe velimus symbolum esse omnium discipulorum, ita tamen
 ut accurate præstemus, quod verbis hisce profiteamur in
Concordia p. 660. *Ratiocinationes mortalium sunt lubricæ, & instabiles
 cogitationes eorum, & consilium tuum, o Deus, quis nouerit, nisi tu de-
 deris sapientiam, & miseris S. Spiritum tuum ex altissimis? & sic
 correctæ sunt semitæ eorum, qui in terra, & placencia tibi edocti fue-
 runt homines, & sapientia seruati sunt.* Sap. 9, 14. 19. *nihil enim dili-
 git Deus, nisi eum qui habitat cum Sapiencia.* 7, 22 - 28. 1, 5. Hiob
 32, 8. Sir. 34, 12. 13. 14. 39, 6. 8. Dan. 1, 17. 4. 15. Apoc. 5, 6. 7. Ef. 30, 1. 8.
*Quare in domo Judæ Saulum nomine. Tarsensem: ECCE ENIM
 ORAT. & abiit ad nutum hunc Domini Jesu Ananias, & introiuit
 in domum, & dixit: Saule frater, misit me Dominus Jesus, ut videas, &
 implearis Spiritu S.* Act. 9, 11 - 17. 1, 5. 14. Luc. XI, 1. 13. 1. Cor. 12, 3. 8.
 Et si vultis recipere, ut debetis, qui hæc legitis, omnis scho-
 la, quæ non regi vult Spiritu S. non est officina Spiritus S. sed
schola Satanae. Apoc. 2, 2. 9. 13. 14. 20. 3, 9. 18. Jac. 3, 1. 6. 15. Ioh.
 6, 59 - 63. 70. 14, 17. 22. Iudæ. v. 10. 9.

HALAE MAGDEB, Typis IO. GRVNERI, Acad. Typogr.